satisfacere liberi et successores tenebuntur litigiisque opus fuerit.
Nulla prorsus iuris diuturnitate taciturnitatisque temporis ni-
hilominus omnibus obstantibus. Quod memoriali firmatum est.

Simakowski tnt. Bakowa

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus
Generosus Mathias Symakowsky villae Samna vigore in-
dium suorum possessor et tenutarius, appellationibus terrestribus dictis iuri-
busque suis quibusvis propriisque foroque competenti recedendo illisque per
expressum renunciando. Huic vero iuribus dictis castrensibus Praemisliensibus se
817 cum successoribus ac bonis suis omnibus summisque pecuniariis quo ad
actum et effectum praesentis inscriptionis atque plenarie incorporando subiciendo
sanus mente et corpore existens publice palam ac per expressum recognovit.
Quia sudde Dorotheae de Mielisz consorti relictae olim generosi
Valentini Bak vexilliferi terrae Camenecensis et eius posteris legit-
timis summam quingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri
polonicalis singulum in florenum triginta grossos polonicales computando
certi veri liquidi mutui atque essentialis debiti tenetur et est debitus.
Quamquidem summam se cum successoribus suis et super bonis suis
quibus omnibus haereditariis et allodiis mobilibus et immobilibus ubi-
libet habitis et habendis summisque pecuniariis ipsi per quascunque
personas in bonis quibusvis ac modo quolibet inscriptis et inscribendis
obligavit et inscribit eidem Dorotheae de Mielisz vel eius
posteris hinc pro die et festo Sanctae Catharinae virginis pro-
xime et immediate venturo hic in castro Praemisliensi circa
officium et acta castrensia Praemisliensia totaliter et in effectu daturum
solutarum repositurum relicturum non exstituturum neque
quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas personas

arrestaturum sub vadio quingentorum florenorum pecuniae monetae et numeri
polonicalis. Quod vadium in defectu solutionis summae eiusdem praedictae
pro tempore supranominato solutioni assignato, in ex eadem die solu-
tioni destinato, nullo decreto curiensibus iudicii sive officii accedente,
solummodo virtute eiusdem inscriptionis in summam essentialem et capita-
lem debitum videlicet mille florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis
convertetur ac converti debebit. Hocidemque vadium cum summa
essentiali coniunctum pro summa essentiali et capitali nempe mille florenorum
pecuniae reputabitur. In bonisque eiusdem recognoscentis omnibus
haereditariis et allodiis mobilibus et immobilibus ubilibet habitis et
habendis summisque pecuniariis ipsi per quasvis personas in bonis
quibusvis modo quolibet inscriptis et inscribendis extendetur ac
extendi debebit. Praeterea se cum successoribus idem recognoscens
in bonis suis omnibus suprascriptis summisque pecuniariis obligavit
et inscribit dictam Dorotheam de Mielisz vel eius posteris praesentem
inscriptionem ex actis praesentibus ad acta terrestria Praemisliensia intra decursum
summarum omnium transportatur sub vadio quingentorum
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis. Pro quaquidem summa
essentiali simul cum vadio incidit. Tum etiam vadio ratione
non transportationis eiusdem inscriptionis quibus supranominatus Mathias
Simakowsky cum successoribus suis dictam Dorotheam de Mielisz
citare praesentibus appellationibus terrestribus dictis iuribusque suis
quibusvis propriis a foro competenti recedendo coram officio praesenti
castrensi Praemisliensi cum se et actis praesentibus obligavit. Cum successori-
bus ac bonis suis omnibus summisque pecuniariis quo ad contendendum
inscriptionisque praesentis satisfaciendum ulterius subicit et incorporavit semper

in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere ac locum responsionis pro se omnibus pro quibus citatus eiusve successores citati fuerint ab officio non recedendo ac ipsae inscriptioni praedictae ac eius quibus opus fuerit satisfacere debet ac omne iudicatum pati tenebitur et eius successores erunt ab eo iudicati. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes Causae et causarum terminos Nulla re excogitata nec colore excogitato neque iure nec poliam extraiudicialibus nullibique advenientibus modis vel cautellis consuetudinibus vim legum scriptarum in se complectentium cum moribus constat quod sibi in auxilium et Consilium causae recipi poterit subterfugiendo, incompetentiam fori et iudicii non obiiciendo cum actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus bellicis Reipublicae Regni intra et extra regnum statut Constitutionibus Conventionibus aliisque Maiestatis Regiae et Tribunal Regni ordinibus iudicia servitio quovis sacrae Maiestatis Regiae et militari successorum minoritate onere de terra et dicta absentia a regno in terra quo fuerit se insulta sobdinis aura pestifera ac omnibus legalibus quibusvis impedimentis se nontutando pena trium et trium marcarum peremptoriis solutionis vadii seu vadiorum intempestiva et inordinata citationis positione aliquorum depositione eiusdem malo et erroneo iuris processu non exactione ad quietationem eius et munimenta quaevis dilationem non recipiendo a decretis quibusvis tam sup accessorio quam principali negotio latis nullas motiones omni appellationibus faciendo nec ad prosequendam causam iudicem quam partem adcitando insuper omnibus exceptionibus Controversiis Evasionibus promotionibus suspensionibus

fatalibus iuris ac universis dilationibus de iure Communi concedi solitis aliisque omnibus et singulis iuris et facti remediis abrenunciando suae et suorum successorum sub amissione totius Causae videlicet solutione vadii seu vadiorum quo et quibus solutis nihilominus inscriptioni praedictae ac omnibus eius content satisfacere tenebitur et successores tenebuntur tibi quibus oportunum fuerit Nulla terri poena in similibus omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premislien

si feria secunda ante festum sancti Ioannis Baptistae proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto Lutoslawski Dapifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii Iudice Dobrogostio Zapolski Notario Castren Premislien officio et actis praesen

20/VI.

Tredrowa quictat Ruszian

Comparens personaliter coram officio et actis praesen Castren Premislien Generosa Helizabeth de Morawsko relicta coniunx Generosi olim Stanislai Fredro Appellationibus terrestris dilationibus iuribusque suis quibusvis propriis a foro competenti recedendo eisdemque renunciando Huic vero iuri castren Castren Premislien se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum hunc attinet plenarie incorporando et subiciendo sana mente et Corpore existens publice palam ac per expressum recognovit Quia sibi Nobilis Ioannes Ruszian summam Centum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi ipsi per eundem Ioannem Ruszian Coram Iudicio et actis terrestribus Premislien recognitis solvit ipsique exposuit Circa officium et acta praesentia Castren Premislien pro die et foro Con